



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia
Sacrarum Literarum Primarij Professoris. Tractatvs De
Legibvs, Ac Deo Legislatore**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1619

Cap. XXXVI. Quando & quomodo admittatur priuilegium per illius abusum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94074](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94074)

CAPVT XXXVI.

Quando, & quomodo amittatur priuilegium per illius abufum.

Vlgaris est regulaturis, amitti priuilegium per abufum. Vnde est illa sententia simplicij Papae; Priuilegium meretur amittere qui concessa sibi abufus potest.

De abusu priuilegij. Priuilegium etiam videtur Innocentius III. in cap. lites, de regulis iurib. & in cap. vt priuilegia, de priuileg. & in cap. conuincit, 2. de sententia excommunic. idemque fere habet in capite prim. & seprim. de postulat. prebend. & Alexand. III. in cap. recolentes, de statu Mon. vbi Glossa verb. communi iure. Hanc vero regulam ita exponit Syluest. verb. priuilegium, quest. 10. dub. 10. vt idem dictu sit, per abufum, quod per non vsum, vel contrarium vsum. Sed contra vim verborum, & contrarium intentionem, & contra veritatem: nam re vera hic est distinctus modus amittendi priuilegium. Igitur ad explicandam hanc regulam, eiusque rationem reddendam, tria breuiter explicanda sunt. Primum, de quo abusu priuilegij fit sermo, vt censeatur sufficiens ad priuilegium amittendum. Secundum, qualis, & quanta sit hanc amissio, scilicet, aut totius priuilegij, vel tantum alicuius, vel aliquorum effectuum eius Tertium, quomodo amittatur, id est, an ipso facto per abufum perdatur priuilegium, vel solum veniat quis illo priuandus.

Tria explicanda. Primum.

Secundum.

Tertium.

2. Circa primum notandum.

Regula iuristarum.

Socin Bern Diaz Pius V.

Conc Trid.

3. Abusus priuilegij multiplex.

Abusus Per excessum.

Circa primum aduertere oportet, aliud esse priuilegium perdit propter delictum, aliud vero propter abufum: nam abufus proprie significat defectum in ipso met vfu priuilegij, vel in his, quae illud concernunt vt ex vi ipsius vocis constat: delictum autem latius patet, & comprehendere potest quodcumque peccatum ipsius priuilegij. In praesenti ergo proprie tractamus de abufu: nam quodammodo per se confert ad amissionem priuilegij, vel tollendo eius fundamentum, vel secundum quandam proportionem poena ad culpam, quia in his aliquis punitur, in quibus deliquit. Propter alia vero delicta, quae non continent abufum priuilegij, puniri quidem potest aliquis pro arbitrio legis, seu Principis, sicut potest puniri in alijs bonis, tamen id extraneum, & accidentarium est, & ideo in praesenti non consideratur, sed dicere tantum possumus, posse interdum priuilegium propter delictum amitti, si lege statuat, quae spectanda erit, vt ex verbis eius qualitas delicti, quod requirit, & modum inferendi talem poenam colligatur. Vnde solet esse frequens regula Iuristarum, priuilegium non amitti propter delictum, nisi in casibus in iure expressis, vt videre licet in Socino regula, 30. alias regula 31. Videri etiam potest Bernardus Diaz regula 592. exemplum esse potest, quia Clericus exercens sodomiam priuatur in poenam priuilegio clericali per Bullam Pij quinti, & ordinatus in minoribus. Sede vacante cum dimissiois illegitimè datis à Capitulo, priuatur priuilegio clericali in Concilio Tridentino sessione sexta capite decimo de reformationibus.

Abusus autem priuilegij multiplex subdistingui potest, vnus est quasi formalis in ipso met actu priuilegij, in quo priuilegium vsurpatur, tanquam principium abufus, exercendo illum, plus quam priuilegium concedat, semper enim hic abufus est per excessum: nam si defectus sit in minori vfu, vel in non vfu, vel in contrario vfu, non potest dici abufus priuilegij, quia vel nullus est vsus praetextu priuilegij, vel non est vsus peccaminosus, qui proprie dicitur abufus. Verum est tamen quod vbi quis obligatur priuilegio vti, si id non faciat quantum potest, & debet, dici potest priuilegio abuti, tamen ille abufus magis pertinet ad non vsum, vel contrarium vsum, de quibus satis dictum est. Abufus ergo de quo

agimus, per excessum proprie committitur, hic autem excessus vtendi priuilegio, amplius quam ipsum concedat, per omnes fere circumstantias humanorum actuum variari potest, scilicet, vtendo priuilegio in tempore, aut loco, aut circa materiam, vel personam non concessam, ac denique huc spectat omnis iniusta seu irrationabilis extensio priuilegij. Alius abufus dicitur potest occasionabilis, in quo priuilegium scilicet habet per modum obiecti per occasionem mouentis, vt cum quis ex priuilegio sumit occasionem delinquendi, vt cum exemptus inde sumit licentiam peccandi vel inferendi alteri iniuriam, non quia faciat illam praetextu priuilegij (hoc enim pertinet ad priorem modum) sed quia spe in punitionis ex priuilegio concepta libere delinquit, vel certe, quia quocumque alio modo ex priuilegio sumit peccandi occasionem. Tertio item modo dicitur quis abuti priuilegio quando suis prauis moribus directè repugnat fini priuilegij, seu destruit fundamentum eius, si beneficiatus priuilegiatus vt fit absens propter studium, dicitur abuti priuilegio, quando neglecto studio, alijs inutilibus actionibus occupatur. Et ad haec tria membra videtur posse reduci omnes priuilegiorum abufus.

Dicendum ergo est, regulam positam generaliter esse intelligendam de quocumque abufu priuilegij, tum quia ita communiter videtur à Doctoribus intelligi. Tum etiam quia verba iuris sunt absoluta, & non debent à nobis limitari, cum omnes illi excessus sint proprie abufus priuilegij, & in illius iniuriam, vel concedentis cedant. Tum maxime quia de omnibus illis modis possunt in iure exèpla inueniri. Nam capita in regula allegata potissimè loquuntur de primo abufu per excessum vtendo potestate vltra limites eius, vt est, vt potestate ordinandi cogendo subditum vt ordinetur, de quo est sermo in d. c. vbi. & similis abufus est negare licentiam transeundi ad religionem strictiorem legitime illam postulanti, de quo est sermo in dicto c. licet, & similis est quilibet indirecta extensio priuilegij, de qua loquuntur cap. n. & 2. de postulat. prelat. & latius dictum c. vt priuilegia. Et huc spectat decisio cap. suggestum, de decim. vbi propter rerum mutationem ceterum moderandum priuilegium, ne vsus, qui antea licebat, propter scandalum transeat in abufum. Et ad idem inuatur lex qui sine ff. de negot. gest. & optimè lex 42. t. 18. p. 3. vbi Greg. Lop. Gloss. vlt. varia exempla ponit eorum qui praetextu priuilegiorum aliqua faciunt, vel vltra priuilegium, vel etiam contra illud, & alia iura adducit. At vero cap. conuincit, aperte loquitur de abufu occasionali, qui committitur, quando occasione priuilegij sumitur licentia peccandi, & euadendi iustas poenas, & de eodem fere abufu loquitur c. vlt. de vit. & honest. cler. Vbi clericus negotiator priuatur immunitate à tribus sub certis conditionibus. Et ad idem reducitur dispositio cap. vlt. de immun. Ecclesia. vbi delinquens in Ecclesia, Ecclesiae immunitate priuatur, consonat l. Iudeos, Cod. de Iudeis. Denique in cap. recolentes, sermo esse videtur de abufu conuincit, & fundamentum priuilegij. Et ad idem caput reuocantur canones, qui clericos coniugatos laicè viuentes priuant priuilegio clericali, vt capit. ex parte, de cleric. coniug. & c. vni, eod. in 6. & Trid. sess. 23. capit. 6. de reformat. & concordat. Libera, ff. de peculio. & lex Christianus, Cod. de pagan. Ratio verò omnium est, quia quilibet ex dictis abufibus culpabilis est, & priuilegio iniuriosus, & ideo priuatio priuilegij merito illi correspondet, vel in poenam proportionatam, vel alio simili modo in sequenti bus explicando. Neq; in hoc puncto alia difficultas occurrit.

Circa secundum, quae scilicet, amissio priuilegij incurrat per abufum eius, aduerto cum proportionè addita in praecedenti capite, duplicem esse posse priuilegij amissionem, alteram radicalem, vt sic dicam, vt quan-

SWAKE 7
D. V 3

vt quando ipsum ius vtendi etiam in futurum amittitur, siue priuilegium in tota sua materia amittatur siue in aliqua parte illius, vt iamq; enim amissionem nunc voco radicalem, seu amissionem simpliciter, a-
fio modo intelligi potest amitti priuilegium solum in presenti, nimirum quoad actum illum, qui fit cum abusu priuilegij, quia scilicet, ratione abusus perdit valorem, vel qualitatem, quam ex influxu priuilegij, seu potestatis habiturus esset, si esset legitimus.

6. Dico ergo breuiter, aliquando amitti priuilegium priori modo, scilicet; quoad ius ipsum, & omnem futurum vsum priuilegij, interdum adaequatè, & in tota materia; interdum verò inadaequatè, seu in parte materiae, aliquando verò amitti tantum quoad praesentaneū effectum. Prior pars sumitur ex dicto c. priuilegium, i. quæst. 3. Vbi aduerto, addi in regula posita particulam omnino, scilicet, priuilegium omnino meretur, &c. Quæ non ponitur in cap. vbi, cum tamen capitula illa vnum esse, vel ex eodem originali sumpta esse censentur. Nec tamen in aliquo ex allegatis capitibus inuenio illam particulam, omnino, & ideo incertum mihi est, an sit addita à Gratiano, vel casu irreperit in textum ex aliqua interpretatione, seu scholio. Illa tamen admissa recte per illam declaratur, aliquando propter abufum priuilegij mereri quæpiam radicalem, & totalem amissionem priuilegij. Quod etiam significauit Augustinus sermone 247. de temp. Iudicio legum iure obuia dignitate dei i-
tur, qui priuilegio sibi concessio abutitur. Dum enim dixit, dei ius ab obuia dignitate, satis demonstrat integram, & absolutam priuilegij priuationem. Quod autem non semper hæc priuatio sit integra, satis ostenditur in eodem capite, vbi, & in cap. denunciamus, 25. quæst. 2. vbi propter abufum priuilegij fit comminatio sub distinctione, Ordinationes tibi Rauennate Ecclesia, vel Amiliensis noueris auferendas. Sæpe etiam propter abufum, vbi gratia, in priuilegio eligendi, priuatur quis potestate eligendi in futurum, non simpliciter, sed pro aliquo tempore, vel aliqua vice, vt in cap. cum in cunctis, s. vltim. & cap. cum vniuertionensis, de electione. & in cap. 1. & 2. de postulat. Prælat. Et ratio est clara, quia non semper excessus est dignus æquali pœna. Vnde etiam fieri potest, vt tantum priuatur quis priuilegio in illo actu, in quo illo abutitur, quoad hoc, scilicet, vt talis actus non valeat, vel vt cassari debeat non obstante priuilegio. Quod probari potest facile ex supra dictis de lege irritante: nam irritatio actus sæpe est pœna illiusmet abusus, qui in illo actu committitur; ita ergo esse potest in presenti. Si-
cut etiam propter abufum ordinantis interdum suspenditur ordinatus, cap. vel non est compos, de tempore. ordination. Et sic dicitur irrita ordinantis alienum indebitè, cap. 1. 71. d. & similiter in cap. decernimus, 16. quæstion. 7. Et ratio est, quia vel hæc potest aliquando videri sufficiens pœna, vel cum illa possunt etiam adiungi, absque maiori priuilegij priuatione.

cap. priuilegium. cap. vbi. Augustin.

cap. denunciamus.

cap. cum in cunctis. e. u. vniuertionensis.

cap. vel non est. cap. decernimus.

7. Circa tertium punctum de modo, quo priuilegium perditur, aduertendum est, dupliciter posse intelligi hanc amissionem, vno modo ex natura rei, alio modo ex iuris positiuæ dispositione. Prior modus potest habere locum in cessatione priuilegij quoad valorem actus, qui per abufum fit sub vmbra, seu colore priuilegij. Quod tunc potest contingere quando quis vitur priuilegio ultra vires eius, vel extra materiam, vel casum, in quo ipsum loquitur, vel quando actus non sit secundum formam in priuilegio prescriptam; tunc enim actus fit sine legitima potestate, & consequenter est nullus, vel simpliciter, vel quoad id in quo excedit potestatem. Et hoc significauit Syluester verb. priuilegium, quæst. 10. dict. 3. argumento cap. parò, & cap. recipimus, de priuilegijs. Si quis autem rectè consideret, hæc non est amissio priuilegij, quando talis defectus ex natura rei contingit, quia potius hic Suarez de Legib.

Syluest.

defectus sequitur ex carentia priuilegij quoad talem casum, quam sit causa illius, potest etiam habere locum iste primus modus amittendi priuilegium ex natura rei, si per abufum tollatur fundamentum priuilegij, vt in illo exemplo de beneficiato habente priuilegium vt in absentia causa studij faciat fructus suos, nam si nihil studeat, re vera non faciat fructus suos, & satis probabiliter dixit Perez lib. 1. Ordinari. regul. titul. 2. lib. 8. quia seruitium Ecclesie commutatum est in studium, & ita fructus dantur ratione studij, ideoque, qui abest titulo studij, & non studeat, ita abutitur priuilegio, vt fundamentum priuilegij auferat; & contra intentionem concedentis faciat; & acceptationem stipendij sine labore, seu seruitio in iustam reddat, ac proinde ipso facto, & ex natura rei priuatur fructu priuilegij. Et similis decisio, vel potius declaratio in simili casu sumitur ex lege, generaliter, Cod. de Episcopis, & Cleric. & capite generaliter, 16. quæstion. 1. Idemque erit quoties ex priuilegio constituerit, priuilegium omnino concedi propter talem actionem. Tunc autem in similibus casibus (quod notandum est) non amittitur priuilegium in radice, vel pro tempore futuro, si abusus eius tollatur, quia hoc ex natura rei non sequitur, vt per se constat, nec in iure statutum est, vt supponimus. Aliquando verò potest per abufum fieri, vt cesset omnino causa priuilegij adaequata illi secundum se, & simpliciter spectato & tunc cessabit etiam priuilegium, non formaliter ratione abusus: nam idem esset, si absque abufu causa cessasset, sed immediatè propter cessationem causæ, & ideo tunc seruandæ sunt regulæ, supra datae de modo definendi priuilegij causa cessante.

Alter modus perdendi priuilegium propter abufum est ex iuris dispositione, & hic est frequentior, & in finuatur in verbis ipsis regulæ propositæ; Priuilegium amittere quis, &c. Nam licet meritum hoc ex natura rei in se tali abufu, nihilominus ipsa amissio non intrinsece sequitur nisi ab alio inferatur. Est enim quedam pœna illius mali meriti, & ideo dicimus fieri ex iuris dispositione, sub quo includimus, & sententiam iudicis, vel actionem superioris, quæ secundum ius esse debet, & dispositionem ipsiusmet priuilegij, in quo interdum additur clausula, vt propter talem, vel talem abufum perdatur. Atq; hinc fit, cum hæc amissio sit pœnalis, attendenda esse verba legis, vel scripti ad iudicandum, an per talem abufum amittatur ipso facto priuilegium, vel solum veniat quis priuilegio priuandus, vel omnino, vel ex parte. Nam si verba non contineant satis expresse sententiam ipso iure latam, non amittitur ipso facto, iuxta regulam legis pœnalis, & legis irritantis. Et si citata verba regulæ præcisè spectentur, effectus hic non sequitur ipso facto, quia solum dicitur, Meretur amittere, at qui meretur, non statim habet quod meretur. Idemque erit etiam si lex dicat, priuatur, vel careat priuilegio, & à fortiori si dicat, propter abufum posse auferri, aut reuocari, vt in cap. 1. de postulation. Prælat. & in cap. vt priuilegia, de priuileg. At si dixerit, nouerint se priuatos, ipso facto incurretur, vt cap. legia, cum in cunctis, s. vltim. de electione. & idem significatur cap. cum in in cap. 2. de postulation. Prælat. Et hoc modo ait Glossa in cap. vltim. de vita, & honestate Cleric. verb. cum facto, ibi amitti priuilegium ipso facto. Quod licet in se verum sit, vt dixi, non rectè ex illo textu colligitur, in quo dicitur, Cum facto priuilegium abijciant clericale: nam aliud est abijcere facto, aliud amittere ipso facto, qui enim per præuam vsum meretur priuari priuilegio, dici potest suo facto abijcere priuilegium, etiam si non priuatur illo ipso facto. Quamuis dici possit in casu illius textus priuilegium amitti, nõ tantum per modum pœnæ, sed quia per illum abufum, quo Clericus se immiscet negociationibus secularibus, tollitur fundamentum priuilegij exemptionis à soluendis aliquibus tributis. Et in hoc sensu

E e e dixit

Perez.

cap. generaliter.

8.

Modus de iuris dispositione.

cap. vt priuilegia.

cap. legia.

cap. cum in cunctis.

cap. cum in in cap. 2.

cap. vltim. de vita.

cap. cum facto.

cap. cum in cunctis.

cap. cum in in cap. 2.

cap. vltim. de vita.

cap. cum facto.

cap. cum in cunctis.

cap. cum in in cap. 2.

cap. vltim. de vita.

cap. cum facto.

cap. cum in cunctis.

cap. cum in in cap. 2.

cap. vltim. de vita.

